

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Patri suo carissimo. H. F.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

fores habemus non contemnendos. Ad hoc accedendum & sacrae literae, quarum homini Christiano cognitio necessaria est. Valde igitur optarem te huc quàm proximè aduolare. Qua de re ages cum patre tuo: qui etsi sumptus fortasse metuet, tamen expugnari poterit à te, si diligenter & magnitudinem utilitatis exposueris, atq; ostenderis quantum studijs tuis haec profectio collatura sit. Bene uale.

Patri suo carissimo. H. F.

S. D. Sperabam me literas in Lipsicis nundinis Ianuarij à te accepturum esse. Ea spes cum me fessisset, mirum in modum angebat. Sed paulo post liberaſti me omni sollicitudine molestiaq;. Nā breui post redidit sune mihi literae tuae 10 Ianuarij. Euiq; optatissimum atq; iucundissimum, quòd significas te bene ualere. Non dubium est mihi, quòd scribis te de mea salute sollicitum esse, cum nondum intellexeris quicquam certi de meo iincre. Facio enim coniecturam tui amoris: de meo uerò arbitror quoq; hac cura liberatum esse. Dedi enim ad te literas Stephano, in quibus historia est rerum mearum omnium. Quanquā autem non habebam hoc tempore certum tabellarium ad uos: tamen hanc epistolam dedi cuidam proficiscenti Norimbergam, qui si ad te peruenit, facile cognosces me nullam scribendi occasionem negligere. Scio enim

L 5 nullum

nullum officium hoc quidem tempore gratius me tibi facere posse: nec ego ulla re magis delector, quam hoc genere epistolarum, in quibus quasi tecum coram uidear colloqui. Et alit hæc exercitatio scribendi facultatem, de qua tu grauissimè admones, ut stylum exerceam studiosissimè: ac formam orationis, ad quam me præceptor aduefacit, retineam. Ego uerò consilium tuum suauissimum, pater, magnopere probo. Nulla enim res in studijs uim habet maiorem, quam stylus: quem prælarè Crassus apud Ciceronem, uocat optimum dicendi esse. Florem ac magistrum.

De genere autem orationis ita statuo, procul adhuc me ab ea forma abesse, quam expecto: et ad quam effringendam, acerrimo studio, summa cura, deniq; omnibus animi atq; ingenij uiribus entendam mihi esse intelligo. Et contigerunt mihi Dei beneficio ad hanc studiorum rationem duces probabiles. Quare tibi optima fide polliceor, me operam daturum, ne adhortationem tuam aut illorum præcepta contempserim, et in tanta occasione discendi mihi defuisse uidear. Bene uale.

Patri suo A. R.

S. D.

Cum omnino literas à te ex Lipsico mercatu expectarem, uenit abs te Nicolaus missus, quem

Thux

non